98

Si interuallum binario multiplicetur atq; id quod ex ea multiplicatione creabitur multiplex fuerit ipsum quoq; primum erit multiplex. Sit enim interuallum . B C . fiatq; ut C ad B . ita B ad D . et primo sit D . eius quod est C multiplex. Dico quoniam et B eius quod est C erit multiplex. Si enim est et D . eius quod est C . multiplex est et D at non est. fieri igitur . B . eius quod est C . multiplex.

vii Duplex interuallum ex duobus maximis superparticularibus coniungitur sesqualtero et sesquitertio. Sit enim A [xii] quidem eius quod est B [viii] sesqualter . B uero eius quod est C [vi] sesquitertius. dico quoniam A eius quod est C duplex est. Quoniam igitur sesqualter est A eius quod est B . Igitur A . habet in se totum . B . eiusq; dimidium. Duo igitur A aequis tribus B . Rursus quoniam B eius quod est C sesquitertius est . B igitur habet C et eius tertiam partem. tres igitur B aequi sunt ad quattuor C . tres autem B aequi erant duobus A . Duo igitur A aequis ad quattuor C . Unus igitur A aequus est duobus. vi Duplex erit igitur A eius qui est C et in numeris. Sit enim sesqualter xii ad viii . sesquitertius uero viii ad vi . ergo xii ad vi duplices sunt.



dus diapte . faciunt ... diatessaron